



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 47. Arturus veniam precari a Regio Senatu jussus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

Sæcul. XVI.
A C 1561. quam dum Clerus, atque ex Franciæ Nobilibus plurimi ejus patrociniū implorant, eique vitam, bona, libertatem, ac securitatem commendant, committuntque.

§. XLVII.

*Arturus veniam precari a Regio
Senatu jussus.*

Thuan. l. 6. **N**egotium hoc pluribus ea de re consiliis haud ultra secretum haberi potuit; itaque Regina de isto consilio edocta Arturum, qui ipse libellum deferre sponderat, in itinere comprehendi clam jussit; ergo prope Aureliam a Satellitum Præfecto captus ad Reginam deducitur, ejusque jussu hujus causæ cognitio ad Senatum devolvitur: Desiderius itaque interrogatus facinoris conscios prodere cogitur. Cum autem magis exactam hac de re quæstionem haberi minus tutum crederetur, eoquod quamplurimi primæ Nobilitatis Viri huic negotio impliciti essent, hinc Senatus totam rem Reginæ communicabat, quæ ejusdem quoque erat sententiæ: quapropter Desiderius duntaxat condemnabatur, ut capite, & pedibus nudus, ac facem ardentem præferens flexis genibus in die, ubi Curiæ congregatæ pro tribunali sedere solent, coram omnibus apparitore verba dictan-

dictante declararet, quod temere, ma-
 litiose, maloque consilio libellum sibi
 nuper ablatum, cujus ipse in quæstione
 mentionem fecisset, scripserit, atque ad
 Regem, quo destinasset, perferre vo-
 luerit, eum vero ex animo hujus faci-
 noris pœniteat, veniamque a Deo, Rege,
 & Senatu precetur: sancitum insuper,
 ut hic libellus præsentè Arturo publice
 dilaceraretur, quo factò reus in Carthu-
 sianorum cœnobium, ut reliquos vitæ
 suæ dies ibidem captivus transigeret,
 deduceretur, (*) verum postea Artu-
 rus libertatem recuperandi opportuni-
 tatem nanciscebatur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 156.

§. XLVIII.

*Joannis Tanquerelli Theses in Sor-
 bonna propugnatae.*

Exeunte hoc anno Joannes Tanque-
 rellus prima Doctoratus laurea in Fa-
 cultate Theologica Parisiensi ornatus
 in quadam concertatione scholastica
 hanc enuntiabat propositionem: Pon-
 tifex tanquam solus Christi Vicarius, &
 Eccle-

Thuan. l. c.
 Argentre
 collect. Jud.
 tom. I. ap-
 pend. p. 22.

(*) Ita privati Religionis studiosi puniri,
 ac potentiores a prosequendo fidei studio de-
 terreri solent, ubi hæreses adhuc sub cineri-
 bus latentes sensim in apertas flammæ pro-
 rumpere incipiunt.

Hist. Eccles. Tom. XLIV.

Q